conſcientiæ noſtra priuilegia conceſſa ordinibus mendicantibus eſſent reuocata per Gregorium. 13. ea tamen quæ conceſſa ſunt ad inſtantiam Caroli Quinti, & Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis, non ſunt derogata, quia non noſtra priuilegia dicenda ſunt, ſed potius Regis Hiſpaniarum, & eius ſucceſſorum, quod eſt maxime notandum.

¶ Leo Decimus, conceſsit ꝙ fratres minores regularis obſeruantię [& per cõſequens alij mendicantes] ſecura conſcientia poſsint vti omnibus eis conceſsis a Sede Apoſtolica & Romanis Pontificibus : ſiue per Bullas, vel breuia, aut viuę vocis oracula [prout in libris ordinis reperiuntur] ac ſi omnia fuiſſent ſpecifice præfato Summo Pontifici ex preſſa, & promaiori conſcientiarum ſecuritate omnia pręfata priuilegia de nouo conceſsit. Voluit etiam quod non ſint minoris efficatiæ & valoris viuę vocis oracula : quàm ſi per Bullam : aut Breue ad perpetuam rei memoriam eſſent conceſſa. Sed hoc in foro conſcientiæ tantum. Hoc priuilegium habetur in Compendio priuilegiorum mendicantium, verbo, Priuilegia fratrum, in conceſsione. 22.

¶ Tan